2147

B. P. L. 1886

M. Z. Boxhornius ad C. Hugenium

28 Jan. 1638 (cf. Worp: Briefw. v. C. Huygens nº 1790 = II, p. 343)
15 Aug. 1642
1 Aug (?) 1647 (cf. Worp. o. c. nº 4633 = IV, p. 415.

Hooggeleerde Vriend!

Hiernevens UEds brief terug. Het zij dat dezelve aan Huijgens geschreven is, die 't voor den Prinses v. O. toen reeds bezat.

Wat Golintz betreft, deze schijnt een behoeftig Duitscher geweest te zijn, die te Leijden zich welal ophield. Hij had er in 1631 en Itinerarii Belgico Gallici uitgegeven. 12° ipse

nes/ime, editio altera, 1655. 605 pagg.

~~Hij was~~ vroeger of later Secretaris bij Christiaan IV van Denemarken. Zie Jöcher. Ook Gouverneur bij de jonge ~~Hertogen van~~ Liegnitz, die hij naar Leijden en elders schijnt geleid te hebben.

UEdts & dienaar

T.T.

B.N.

Bodel Nijenhuis

Verte. (Het schijnt Schilde bij Pr. Reus.)

Is uwWelEd. bekend tweeërleij titel
van J. S. Oppida Batavorum van
1644 en van 1645? [illegible]

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

It nearly [illegible] twenty [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
1844 [illegible] 1845 [illegible] [illegible]

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Quod superioribus diebus recurrere non licuerit Vir illustris, partim aeris inclementia, partim adversa valetudo fecere. Nec interea dubito quin parata sint ea, quae pro incomparabili tua humanitate offerre non dedignaris. Quaeso ne aegre tibi sit audacia huius hominis, qui, quo accuratius respondeat temporum ac magni Principis gloriae, nec non rerum gestarum veritati, comitatis tuae geminum toties sollicitare non verebatur. Inde et alia atque alia in destinatum opus conferuntur; unum tamen illud deest quod nosti. In tua autem manu est, ut honesto desiderio nostro satisfiat. Ego, quemadmodum in eo opere iam sum, in quo locum sibi vendicat illustre tuum nomen, ita in cuiusvis obsequii fidem aeternum me tibi obstringo. Quod celsissimi Principis beneficio mihi in me ac alios liberali esse licuerit, circa hoc potissimum deberi intelligimus. Calendae Januariae nemini laetiores quam Abrahamo Golnitzio illuxere. Verbis exprimi non potest quantopere in oblatis nummis sibi plauserit. Hac enim liberalitate factum est, ne sub initium anni novi esuriret. Admodum metuo ne pro more ~~[illegible]~~ operosae Germanorum gentis ita porro pergat migrare. Ceterum nos quod spectat, ut ea solvimus quae tam illustri victoriae debebantur, et quae accepimus etiamnum debemus. Vale, saeculi tui immortale decus, et me inter clientes tuos habere non dedignaveris. Raptim Lugd. Bat. cIↄIↄcxxxviii. Jan. xxviii.

Illustri tuo nomini

dicatissimus

Marcus Zuerius Boxhornius

Boxhornius, (M. Z.) Trois ltt. en Lat. à C. Huygens, etc. (1638—47).

B.P.L. 1886

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Ea mihi perspecta est singularis humanitas tua, Vir eruditissime, tantaque de te apud nos excitata fama, ut magnitudinis eius intersit, alijs atque alijs exemplis eam non confirmari tantum indies, sed etiam augeri. Itaque sistent tibi ausu suo, qui has tradunt, ex Bannieriorum apud Suecos gente iuvenes nobilissimos. Illi, nostris etiam litteris egregie imbuti, Romanam supellectilem, quae quidem apud te instructissima est, propius inspicere gestiunt. Qua in re si eorum vota expleveris, ipsos utique quovis nomine devinctos tibi semper agnosces. Tuam autem cum oppido Batavorum elegantissimam commutationem quando visuri sumus? Aut debebat desideria nostra non excitare, aut explere. Vale, vir clarissime, et me inter eos habe, qui eximias illas virtutes tuas non amant tantum, sed admirantur. Lugd. Bat. CIↃIↃCXLII, Aug. XV.

Reverendo nomini tuo

dicatissimus

Marcus Zuerius Boxhornius.

A.P.L. 1886

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

CONSTANTINO HUGENIO, EQUITI.

Quae tot iam saeculorum ingeniorumque considentiam fugit VERITAS, nostrâ tandem ope retracta a fuga, a te inprimis excipi ac propius inspici gestit, Hugeni Constantine, Virorum nobilissime. Qualis est, nuda, et sine fallacijs ac fuco prodit, tuique pro se rectitudinem ac gravitatem iudicij supplex implorat. Si fallax, si mendacissima sit, quam tibi sisto, corrige, quaeso, et mone errantem; sin minus, ad omnium, obscurissimam etiam hactenus, temporum lucem plurimum haud dubie factam accedentem videre. Vale, illustris Hugeni, et, ut soles, me ama. Lugd. Bat. CIƆIƆCXLVII, ipso illo die, quo in Februar nostrae omnia Kaldendaria consensere.

Illustri tuo nomini

dicatissimus

BOXHORNIUS.

B.P.L. 1886